

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glaukensis

AMORI, ET CONJUGIO TERTIO,

QVOD

Vir non minori experiētiā, quā dexteritate fidā, &
humanitate singulari Ornatissimus

DN.

ALBINUS FELBINGERUS,

Consul laudatissimæ Reipub. Fürstenwaldensis

Primarius, Amplissimus, Vigilantissimus,

SPONSUS,

Cum

Virgine Lectissimā, Florentissimā, & morum

svavitate Commendatissimā

ELISABETHA DAMESSSES,

Honoratissimi & Integerrimi VIRI,

DN. JOHANNIS DAMESS p. m. Civis non

postremi Coloniz ad Spream, relicta Filiā,

SPONSA,

Solemni nuptiarum ritu Dominicā Vestis nuptialis,

Anno Patientiz Christianæ M. DC. XXXIX. Fur-

stenvaldiæ auspiciati sunt cum bono

DEO, & Ave non - nisi

Secundā,

Amabilitatem, stabilitatem, beatitatem, Amici

favescentes & voventes ponē sequentes verē - tales

precabantur.

Pax redeat, Fax mortis eat, Bellona recedat!

Atq; adsint dulci plena canistra cibo!

M. J. M.

Francofurti Marchionum

TYPIS

MICHAELIS KOCHII AN. 1639.

beant
rebet/
and.
nd.
von Stettin
Corent
Frater.



Idea

MOESTISSIMI VIDUI.

N On-nisi dimidium Vir est sine compare corpus,
Et vacuum dulci Pectus amore simul.
Fœmina causa subest sine quâ nō, hinc reverenter
Semper habenda venit, semper amanda venit.
Incedit mœstus; variis & morsibus asper,
In varias miserè particulas lacerus.
Quò fugit, & qua causa via sibi nescit, oberrat
Ante oculos passim flebile Cordolium.
Et quò se vertit rerum pars altera adempta est,
Nullibi colloquio fractum animum, atq; oculos
Adspectu recreare suo valet, undiq; proh! Cor
Immedicabilibus vulneribus premitur.
Non sapos dat mensa jocos, non fercla culina,
Non dat cella merum, sed lanienam animi.
Huc illuc pergens nisi damna domestica spectat,
Spes gregis omnis abest, bucula nulla placet.
Setigeras matres stabulo pol nemo recondit,
Non persultat equus, mollia vina cado
Desunt, non dat ager Cererem, non Caseus, ac Lac
Est prestò, hæc solitas quàm superent lacrumas!
Non vicibus nido incubitant genitrixq; Paterq;
Nulla ora excludunt; cuncta subacta malo.
Nemo conjungens loris ad aratra Juvencos
Increpitat stimulo, noxia mille domi.

No-

Noxia mille foris, curas quæ pectore complent,
Ingeniumq; premunt, læticiamq; fugant.
Questibus indulgens retinet vestigia tarda,
Demisso vultu ut Demea corde coquit
Curam, fata gemit, solito nunc tristior inquit,
Proh mea læticies, Sol, oculusq; jacet!
Quod cupit hanc geritur, nullus concurrere telis
Nititur adversis, omnia plena dolis,
Omnia plena malis, generis communis Erynnis
Humani (infandum) nil-nisi tela parat.
Aucta illi tussis, penetrat modò viscera tabes,
Exerit & flammæ Hæctica dira suas.
Insidia loculis multa nummisq; struuntur,
Et regnare videt quæ genus Autolyçi.
Cogitur insomnes solus traducere noctes,
Sævetus mane novo flere, dolere, pati.
Et lecto corpus noctu irrequietus in alto
In partes omnes versat, & atra videt.
Nusquam heu! Exsiliij illi specula nulla superstes,
Nullaq; consilij gutta parata boni.
En hi debebant cuius qui vertere damna,
Derident duci hunc ad laqueum atq; lacum.
Dumq; sua exoptat ventos in vota secundos,
Omnia quàm miserum scæva agitatur ævum!
Et quò luceret, sinceri exemplar amoris,
Non-nisi eo præstò est Cordolij omne genus.

Sum solus mulcet cupidas quis nuncius aures?

Quis fert? miscebo pharmaca, sanus eris.

Cogor & , en, vacuo viduus requiescere lecto,

Quàm durum! quando teda jugalis abest.

Quis fert? frange toros, pete vina, rosas cape? Nemo

Quis salve, atq; vale dicit Amice mihi?

Hoc quid? Solus ego, comitem fortisq; toriq;

Non video, viduo nullus amicus adest.

Quis fratrum jam dicit Ave, blandoq; precatu

Temperat hos gemitus? Quis modò teter adest?

Hac solùm à cunctis solus nunc dicta reporto:

Quis mihi? Quis tecum? Proximus ipse mihi.

Hac mala, diversaq; vices quem trans Acheronta

Non ferrent? mortis tum simul ad feretrum

Sinon principiis obstet, medicina paratur,

Quâ vita ac fama pœna parata venit.

Querere furta audet nocturna urgendo lagenam

Heu vetitam! factum nonne celebre parat.

Dilutoq; sitim restinguit clanculum aceto,

Atq; suo imponit myrtea sarta toro.

Post factum anguiferæ cruciantis Erynnies orci,

Harpyiæ aderunt, Tantalusq; liquor.

Occurrent scopuli Leucata, & Echinades; ô quem

Præmonstrant duplicem duplici ab hoste metum!

Ergo vir succos alios Tibi querito amorum,

Quò minui possit tussis, & illa sitis.

Si

*Si non vis tacito igne calere, resume Rosillam,
Quarito conjugij lege refrigerium.*

*Si non vis casti fines transire pudoris,
Qua dat nectarias, dum licet esse, dapes.*

*Ut gemit erepta viduatus compare turtur;
Sic gemit, en, viduus qui thalamo vacuo.*

*Discite ab exemplo vitâ quid cœlibe fructus,
Fœmina quos caros non dabit ulla patres.*

*Nusquam frater adest: viduo discrimine candor
Languet: ab exemplo fas ea scire meo.*

*Ante oculos, interq; manus est terror, & error,
Ille domi nobis obfuit, ille foris.*

En, quis disquirat vitæ quid postulet usus?

Quæ te tam sololum sollicitudo premit!

Sutilis æolis ut fertur cymba, procellis,

Linqvit & errantem measq; manusq; ratem:

Sic hic fortuna multo cœca angitur ictu,

Et sua ploratum stragula semper habent.

Obvia tot soli mala sunt, quot Dæmonis artes,

Præstò sit nexus unio adusq; sacri.

Hæc pellit cunctas viduato pectore curas,

Semper & optatis Te beat illa bonis.

Mitte graves luctus, curas in gaudia verte,

ELSA quod oblatum reddet amore Tibi.

APO.

APOSTROPHE ad SPONSUM.

DEsine flebilibus Superos, *ALBINE*, movére
Questibus; en, portu stat tua Cymba suo.
Singula depositâ curâ, & mœrore priorum
Confirmant Requiem, ac tempora lata probant.
Hoc, quod adest, benè, Meta datur, *REQUIES*q; laborû,
Munere divino, Meta repertatori est.
Pectore curarum tantam de vincere molem
Quæ potis, est præstò nunc *REQUIES DOMINI*.
ALBINE & curâ, & cursu qui fessus anhelò,
Pectore jam constat, volvere plura sine.
Consilio meliore usus, traducitur expers
Haut somni lectus, dulcibus alloquiis.
ELSA Tibi dicit, blandis Te amplexa lacertis,
En mihi Te, tibi me candidus unit Amor.
Flora coloratis dum pulcra jocatur in hortis,
Seu sors læva Tibi, Hæc, sive secunda, *QUIES*.
Quæ Tibi subsidium, solamen dulce prioris
Luctus, quæ, cura quicquid erit, referet
In melius, vitæ comes, & quæ provida mater,
Atq; domus lumen, quæ pia, casta, cata.
Quæ fert *Andromachen* oculis, & fronte *Lacænam*,
Quæ ceu *Penelope* mente, manuq; cluet.
Quæ feret & socias somni cum munere noctes,
Et tua calfaciet fomite membra novo.

Quæ

Quæ Tibitalis erit, qualis pia Sara Marito,
Casta Rebecca suo qualis & Abramida.
Quâ cum partiri curas, animumq; iuvabit,
Hæc addet remedi vividioris opem.
Hæc Te ærumnarum in iucundo fasce levabit,
Ceu, viduas nubes, Sol, fugat Elisabe.
Ut modò perlatis Floralibus omnia florent:
Florebit vester sic benè junctus amor.
Efficiat Numen vobis Floralia utrinq;
Florida, mente, fide, corpore, & ingenio.
Jam sub lege bibe, & benè pocula fronde corona,
Pulsentur Citharæ, fila animata crepent.
Gaudeto, lacrimas, laniataq; pectora pone,
Et canito letum victoriæ & idè!
Sic est; post multas lachrymas, suspiria multa,
Post viduas noctes, post pia vota, subest.
Id aliis **REQUIES** succis, & Nectare multo,
Multis agræ replens pectora deliciis.
En **DIVINA QUIES** curas, & tædia quæq;
Pellet, multa Tibi figet, & oscula feret.
Ter quater ô felix, viduo & felicior omni
FELBINGER gremio quem fovet illa **QUIES**.
Hinc ritè assuescas titulo verace vocari
Vir clemens **REQUIEM** hanc non - nisi honore colens.
Sic non tempestas toto desavit in anno,
Aureus & pulso Sol nitet imbre. **BENE!**

Sic REQUIE alternâ CHRISTUS tua ferta secundet,
 SPONSE SECUNDE, toro hinc carnificina procul.
 Seu Lux seu Nox sit, Lux hæc est semper ELISSA,
 Quo vel ELISSA loco, quo vel ELISSA sedet.
 Opto ut Chrysolithus: vel & fulgore Pyropus
 Fulget: sic concors fulgeat heic animus.
 Quem liget & Pietas teneat Patientia, firmet
 Pax sincera animi, candor aduseq; bonus.
 Floreat usq; domus suaq; incrementa capeßat,
 Adsit SOPHROSYNE, sobria mensa simul.
 Hoc precor, hoc mecum Convivæ ritè precantur,
 Divina requie quam benè Sponse vale!

Beschreibung eines betrübten

Witwers.

E In Mann ohn Weib / hat halben Leib /
 Geht wie ein Schwarm / hat immer Harin /
 Kan nirgende hin / in seinem Sinn /
 Wo er sich wend / Vnraht erkendt /
 In Küch vnd Spind / viel schaden find /
 Vnd an der Nahrung sehr verschwind.
 In allenthalb / an Kuh vnd Kalb /
 An Pferd vnd Schwein / Gänß / Hünnerlein /
 Er früh vnd spat / kein Segen hat /
 Auch was er ticht / nicht halb geschicht /
 Hust wie ein Schaff / hat keinen Schlaf /
 Vnd findet alle Morgen Straff. Sein

Sein Bett ist leer / denck hin vnd her /
Was sol das sein / Ich bin allein /
Hab keinen Freund / ders herzlich meint /
Wer tröst mich nu / in meiner Vnrub /
Vnd spricht zu mir / Nim das zu dir /
Ach möcht ich doch verzagen schier /
Ja wo er nicht / sein Sachen richt /
Trit er die leng / ober die Streng /
Schafft ihm ein Glasch / darauß er nasch /
Heimlicher weiß / fein sanfft vnd leiß /
Welchs vnbédacht / wenn er erwacht /
Kein Ruhm noch gut Gewissen macht.

Darumb du Mann / Nim dir ein ANN
Oder ein fein schön Elselein /
Die als dein Weib / dir das vertreib /
Vnd all Gestalt / dein Narung halt /
Vnd dich dazu / in deinem Muth /
Mit ihrem Mündlein trösten thut.

So wirstu fein / frisch gehn herein /
Vnd vieler Pein / entledigt seyn /
Darzu mit G D Z Z / in deiner Noth /
Mehr reden frey / ohn Heuchelen /
G D Z Z gibt dir Krafft / macht dich standhafft /
Auß lauter Gnad / wendt Straff vnd Schad.

B

Man-

Mantissa
VIDUI THORI.

Sublatum est animi dubium viduus peramicâ
Est auctus REQUIE, suavioloq. novo.
Sit, quicquid ceptum CHRISTO, duce & auspice
CHRISTO,
Conclusum CHRISTI nomine & auxilio!
Nunc, ubi Te pridem effrenis turbarat Enyo,
ELISABETHA Tibi dulce levamen erit.
Quas geris, in REQUIEM hanc procul à Te rejice
curas,
Pectus in illius triste repone sinum.
Est Tibi grata QUIES, Natisq. accommoda Mater,
Ne fastiditè hanc, sed reverenter habe.
Quam divina Tibi confert Benedictio ELISSAM,
Omnibus amplexam, Sponse, tuere modis.
Hanc REQUIEM sequere ô unam, solumq. QUIETEM
Sub CHRISTO Sponso, quare beatificam.

M. JOACHIMUS MASSOVIUS
Pastor & Inspector Ecclesie
Furstenvaldensium, &c.
scribb.

S P O N S O

S P O N S O naturæ modò concedente priore,
Damula huic viduo S P O N S A petenda venit.
Hanc solam peramat formæ bonitate micantem,
Hanc solam fido vincere amore cupit.
Rem sub corde suo volvens hæc Virgo, suorum
Consensu huic nubat, seria vota facit.
Quàm benè! S P O N S E tuæ tutò jam consule S P O N S A E,
Et S P O N S U M audacter consule S P O N S A tuum.
Nunc à me preculas Ecclesia mœsta requirit,
Votaq; vult S P O N S U S, corde pio hæcce fero.
Aurea pax tandem redeat tibi, bella facessant,
Exulet è toto Mars ferus orbe procul!
S P O N S E modeste tibi paucis permulta precabor:
Eminus absit eris, cominus adsit eros:
Sit sincerus eros, tibi sint & pignora lecti,
Mortuus Hebræis ne reputere. Sat est.

MICHAEL FAHRENHOLZ
Diaconus Fürstenvaldensium.


C O n s u l i s e n u r b i q; t i b i q; t u i s q; t o r o q;,
C o n s u l i s e g r e g i j n o m e n & o m e n h a b e s.
N o m e n & o m e n h a b e s, n e g i t e t q u i s? d u m v e -
l u t A t l a s
F e r t h u m e r i s c o e l u m, t u g e r i s u r b i s o n u s.
C o n v e x o s t a b i l i s n u t a n t e m p o n d e r e s u m m a m
R e m, s a n i s æ g r a m c o n s i l i j s q; j u v a s.

B 2

Tem-

Tempeſtas Martiſ quoties te vidit anhelum,
Sudorem quoties elicuitq; tibi?
Anxia ſed patriæ quoniam te cura ſalutiſ
Exercet nimium, mœror & oſſa coquit:
Sedulus anquiriſ curarum dulce levamen,
Quod feſſum relever, triftitiamq; fuget.
ELISABETHA petita venit ceu DAMULA blanda,
Alloquio cuius cura dolorq; fugit.
Curia divexat curiſ corpusq; animumq;,
Hæc kſen reficit lumina, corda ſimul.
Filioliſ, quondam quos ELISABETHA reliquit,
Charis, ELISABETH provida mater erit:
Mater erit, ſocia atq; tori fidiffima, vitæ
Stamina protendens, firma columna domûſ.
Vivite felices vobiſ quod ceſſerit ævi
JOVA, oculos paſcat filiuſ atq; nepoſ.
Hæc rerum rutubâ ſævi Martiſq; tumultu,
Arma DEUS frangens veſtraq; voſq; tegat!

CHRISTOPHORUS MOLLERUS
Scholæ Fürſtenvald.
Con-Rect.



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi sine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locupletem Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati praemia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

JANE mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674





87

CONJUGIO TERTIO,

QVOD
perientiâ, quàm dexteritate fidâ, &
te singulari Ornatissimus

DN.

FELBINGERUS,

næ Reipub. Fürstenwaldensis

mplissimus, Vigilantissimus,
SPONSUS,

Cum

mâ, Florentissimâ, & morum
rate Commendatissimâ

THA DAMESSSES,

imi & Integerrimi VIRI,

S DAMESS p. m. Civis non

oniæ ad Spream, relictâ Filiâ,
SPONSA,

a ritu Dominicâ Vestis nuptialis,

hristianæ M. DC. XXXIX. Fur-

e auspicati sunt cum bono

D, & Ave non-nisi

Secundâ,

abilitatem, beatitatem, Amici

entes ponè sequentes verè-tales
precabantur.

nortis eat, Bellona recedat!

ulci plena canistra cibo!

M. J. M.

cofurti Marchionum

TYPIS

IS KOCHII AN. 1639.

75

